

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 13. Aliæ tres eiusdem auctoris euasiones refelluntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

125.

alia respō-  
sio Adver-  
sus refutatur.

Respondet tertius, quemadmodum crea-  
tura dependere potest à permissione Dei, tan-  
quam à conditione necessaria ut operetur,  
tametsi Deus immediatè non concurrat: ita  
potest etiam quoad individuationem depen-  
dere ab eo quod permittat hoc potius iudi-  
cendum, quam aliud.

Verum si causa secunda est indifferens ad  
vnū & quæ ac ad aliud, neque potest seip-  
sam determinare: quomodo potest sola Dei  
permisso facere ut producat vnū potius  
quām aliud? Si enim Deus solum permittit  
ut producat vnū potius, quām aliud: permit-  
tit solum ut producendo se deterret ad  
vnū potius quām ad aliud. At hæc permis-  
so est impertinens & inutilis, si non habet  
vix seipsum determinandi. Sicut bluto inter  
duos sc̄ni manipulos æquales & æqualiter  
mouentes posito, impotentia se determina-  
re ad alterum, impertinens esset & inu-  
tile, permettere ut ad hoc potius, quām ad  
alium accurrat.

## SECTIO XIII.

*Alia tria eiusdem Authoris effugia  
refelluntur.*

126.

**A**D quintam rationem nostram, sum-  
psum ex eleuatione Dei ad actus super-  
naturales nos tristis disponentes ad primam  
rationem habitus, respondet cap. 18. n. 7.  
& leuentibus, dari nobis a Deo qualitatē  
fluentem supernaturalem distinctam à  
vocatione (id est ab inspirationibus, illūmi-  
nationibus, & piis motionibus indelibera-  
tis) eodem instanti quo vocari à Deo ad  
gratiam iustificationis, ad hoc ut primi no-  
stri actus possint euader supernaturales, ha-  
beantque proportionem cum gratia iustifi-  
catione. Vel, si quis forte malit, dici potest, in-  
quit, actus illos supernaturales produci à vo-  
luntate nostra, concurrete effectuè prævia  
cognitione supernaturale, id est ille minima-  
tio & gratia vocationis à Deo immissa. Vel  
etiam intellectum & voluntatem nostram  
eleuari posse. Claram imperium diuinum  
ad primos istos, & quoscunque alios actus  
supernaturales producendos, Deo non con-  
currente ad eos immediate, neque habitu-  
villo, aut qualitate, vel alicui principio super-  
naturali: ob potentiam obedientiam acti-  
uare, cum in qualibet creatura est ad quam-  
libet operationem ad Dei nutrī producen-  
dam. Quam tentatione ipse non improbat,  
sed ejorum electioni permittit.

127.

Refutatur  
fragmentum  
de modo  
concurredi  
a. z. et  
super-

Sed contra: primò, Nemo non vellet  
qualitatem illam supernaturalem fluen-  
tent, excepit a solum esse ad vitandam  
difficultatem. Secundò, si eius immisso vo-  
luntati facta, non obest eius libertati, quia  
subditur illius arbitrio ad agendum super-  
naturaliter si velit: Quare magis oberit po-  
tentia Dei simili modo subordinata volun-

tatis arbitrio ad agendum si velit? Tertio,  
si cognitione supernaturalis sufficeret ad ele-  
vandum voluntatem ad actus supernatu-  
rales; non essent necessarii habitus spei,  
& charitatis, & alij in suis voluntari, ut ani-  
ma permanenter & immanenter eleveretur  
ad actus supernaturales. Iam enim esset suf-  
ficienter eleuata per habitus intellectus,  
ipsam constituentes intrinsecè potentem  
completè, & permanenter, ad actus super-  
naturales cognitionis immediate, media-  
tè vero ad actus supernaturales volunta-  
tis. Quartò, fictitium est, & evidenter im-  
possibile, Deum facere solo suo imperio ve-  
res agant id quod agere non possunt. Quam  
enim est impossibile Deum agere solo  
imperio, ut res existant sine existentia: tam  
implicat facere, ut res agant sine agendi po-  
tentia. Quia non minus est impossibile  
agere sine potentia ad agendum, quam exis-  
tere sine existentia. Quare cum voluntas  
non habeat in ipsa sola potentiam effi-  
cienti actus supernaturales; nisi Deus il-  
lam der aliunde, frustra & inutiliter impe-  
raret voluntati illos efficere. Quod si dicas  
Deum imperando dare potentiam, aut con-  
currere immediate suo imperio. Respon-  
deo, in primo casu Deum non purè im-  
pare, sed imperando efficere aliquid in vo-  
luntate, vel extra, quo inveni & eleveret,  
ut possit elicere actus supernaturales. Infe-  
cundo, Deus concurrit immediate, quod  
intendimus, quodque iste Author ibi  
dicit, & alibi fäpissime affirmit fieri non  
posse sine præiudicio libertatis. Cümque  
idem Author parte 2. cap. 13. n. 2. s. Contra  
enim, doceat potentiam Dei exequentem  
distingui ratione à Dei voluntate, non po-  
test dicere coherentem loquendo Deum age-  
re impediare ad extra per solum imperium  
sua voluntatis.

Ad sextam rationem nostram, quod  
scilicet Deus possit impeditre actionem ca-  
suarum secundarum, subtrahendo tantummodo  
concursum suum immediatum illis necessa-  
rium, respondet cap. 19. n. 7. Deum posse im-  
pedire actionem causæ secundæ tametsi non  
destructæ, vel primò, immittendo illi quali-  
tatem incompositibile cum aliciente, & stupe-  
factiuam virtutis agendi. Cuius rei habemus  
exemplum in remora pisciculu fistula morum  
visus: & in magnete impedito ne fexu tra-  
hat, si allii sc̄iatur. Et omnino, si quis, per  
se fatus appareret credibile, posse Deum impri-  
merē cui libet casu seculi quæcavates hebe-  
tantes, aut quasi stupescientes virtutis agendi  
illarum: atq; adeò impossibilis cum actio-  
ne, alioquin ab illis emanatura: quemadmo-  
dum etiam imprimere eisdem potest habitus  
& qualitates virgines atq; inclinantes por-  
tiam ad agendum. Vel secundò, impeditre for-  
san posset actionem eiusdem causæ secundæ,  
non conferendo illi virtutem sequitur se deter-  
minare posset ad individuationem actio-  
nis. Velerteri, posset impeditre voluntate ne  
ageret, diuertendo quantum ad res alias, &

# Disp. XXXIV. de Creat. Sect. XIII. 651.

objeccta alia proponendo. Vel quartò, impedire possit actionem apponendo & augendo resistentiam in passo seu subiecto: si tamen sermo sit de actionibus quæ transiunt in subiectum caput resistentia. Vel quinto, si dicamus creaturas in operando pondere à permissione diuina, ut à conditione necessariò requisita, poterit Deus impedire, ne agant, nihil agendo in ipsis causis, neque etiam in passo, sed solum volendo permittere ut causa operetur. Vel denique alii multis modis tamē forte nobis occulitis.

129. Sed contra: p[ro]mō, per se potius incredibile appare nullam esse vim agendi creatam aut creabilem, quæ non habeat oppositā sibi qualitatem impotentiā, quæ mediante Deus possit eius actionem impedire. Et ut minimū negare nequit Aduersarius, quin h[oc] responsum tam vniuersaliter sumpta, sit mera quatinus, sine authore v[er]o, & sine probabili fundamento, ab ipso prolatu, ut quoquo modo sententiam suam cueri possit. Secundò, virtus illa determinativa ad individuum est fictitia & improbabilis, ut suprā aste[m]us, n. 124, neque potest sine contradictione admitti ab Aduersario circa actus malos, de quibus potissimè disputat & propter quos pricipiū negat Deum concurrere immediate ad alios. Tertiò, non est quaſio quomodo possit Deus impedire actionem voluntatis diuertendo intellectum ad cogitandum aliud; sed quomodo possit impedire ipsum etiam intellectum, & quamcumque aliam causam secundam? Quartò, similiiter non est h[ic] quaſio quomodo possit Deus impedire actiones circa passum capax resistentia: sed quomodo possit impedire quascunq[ue] actiones, etiam illas quæ non versantur circa tale subiectum. Quintò, sola & pura permissione diuina non potest esse conditio necessaria à qua pendeant agentia physica & necessaria, immo nec libera, ut simpliciter agant. Nam pura permissione Dei vel sumitur pro mera non-impeditione, id est, pro eo quod Deus non impedit causam secundam ne physicè agat. Et si deest illa permissione, necesse est esse aliquod impedimentum positivu[m], quo causa secunda impediatur à Deo: quia negatio non tollit formaliter, nisi per positionem eius, cuius est negatio. Itaque assignandum est quid sit illud positivu[m], quo Deus impedit causam secundam ne agat. Vel secundò, permissione Dei sumitur pro actu voluntatis, quo aliquid permittit, id est, licitum facit, & ille est actus immanens Dei vel solus, vel exteriū signo alio declaratus, valens duntaxat ad non impediendum moraliter creaturas cognitionis & libertatis capaces, ut licite agant: sed non ad impediendum physicè aut moraliter ne simpliciter agant. Ac proinde defectus permissionis illius, non potest physicè impedire actionem causarum secundarum. Ut patet manifeste ex opposito pura permissionis, quod est prohibitio. Sicut enim actus prohibendi diuinus pars, nobis decla-

ratus, tantum facit & mouet moraliter ad non agendum sicut id quod prohibetur: sed non impedit physicè quod minus illud re ipsa operetur si velimus. Sic missio &c. Denique alij modi occulti ad quos aduersarius ultimo loco confugit, non sunt sine maiori fundamento afferendi esse possibles, aut præcedentibus verisimiliorebus.

130. Ad septimam & ultimam rationem nostram, quod scilicet absurdum sit admittere aliqua entia extra Deum quæ non p[ro]ducant sententia à Deo per se & proprietate: Respondeat parte 4. cap. 17. n. 6. Licit communiter causa remota non dicatur tam proprie causa, quām proxima & immediata, quemadmodum non tam propriè dicor calefieri ab igne, quando aqua prius ab igne calefacta me calefacit, tamen si ignis immediate conseruaret in aqua calorem qui me calefacit, ipse etiam dicetur satis propriè me calefacere. Et sic etiā Deus peculiari ratione appellatur causa nostra actionis bona tamē eam non producat immediatè, quia omnis huiusmodi actionis illo directe volente & suadente, viret; subministrante ut bene operemur. At vero non potest appellari causa propria, nec consequenter immediata, actionis prauæ, prout Concilium Tridentinum definiuit sensu. 6. can. 6. quia tamē si conferat conseruatq[ue] nobis vires, quibus operamur malū: non tamē eo fine ut male operemur, sed ut opposito modo agamus. Ex quo sequitur ponere esse inconveniens admittere aliquam creaturā, tunc Deus non sit tā proprie causa quām est, si proximè & immediate eam produceret.

Sed contra primam partem huius responsionis, oppono aliqua fieri à causis secundis, quas Deus immediate non conseruat, iuxta sententiam huius noui Theologi, sed conseruantur dum taxata ab alia causa secunda. Ex. gr. lux solis, & astrorum aliorum, non conseruat immediate à Deo, sed ab ipso sole, aliisque fortasse astris, à quibus continuo pendet in conseruari, & quae accipi fieri. Nam iuxta doctrinam istius Authoris p. 4. cap. 17. num. 5. effectus qui pendent continuo in conseruari à causis secundis, à quibus producuntur, non conseruantur immediate à Deo. Ergo lumen productum in aere à luce solis & aliorum astrorum non p[ro]pendet, neq[ue] fit per se & proprietate à Deo, quia non p[ro]pendet, neque fit immediate à causa, quam Deus immediate conseruat. Sic etiam species sensibiles impressæ à lumine non p[ro]debut à Deo per se & proprietate, quia sunt & continuo pendentes immediate à lumine, produc[ti]o simili[ter] & pendente continuo immediate ab aliqua causa secunda.

Secunda vero pars eiusdem responsionis est inutilis repetitio argumenti refutati sect. 8. quod cum, ut ostendimus, sit falsum, eo sensu quem aduersarius intendit; est consequenter inutile ad ostendendum non esse inconveniens & absurdum admittere entia creatura, quæ non pendeant per se ac proprietate à Deo: cum tamen essentia-

III

131.

liter sicut eis ab alio, & ens participatum: id est, sicut essent aliter participatio aliqua primi entis, & principij universalis rerum omnium, ac fontis primordialis totius esse, à quo necesse est creaturas omnes tanquam riuius emanare, & non minus pendere quam riuius pendeat à continuo fonte influxu, sicut radix solis pendeant à sole: quibus exemplis S. Dionys. aliquae Patres vti solent.

133.

Conclusio  
totius dis-  
putatio-  
nis.

Ex his omnibus liquet primum, Authorem disputationis quadripartitam non tam evidenter sententiam suam demonstrasse, atque ipse sibi imaginatur, sèpiusque inculcat. Secundò, parum bene meritum esse d' Theologis illis, quorum controuersiam compонere aggressus est. Quanquam, sicut suam sententiam melius proponet, illisque omnino persuasisset; maneret adhuc integra difficultas, & controuersia, quæ inter illos est de efficacia auxiliorum. Nam cum de fide sit egere nos auxiliis gratiae præuenientibus, & plenioribus, ut utiliter ad vitam aeternam, & sicut oportet, operari possumus: sublato tunc concurso Dei immediato, quaestio, integra supererit: an auxilia illa sint tantæ efficacia, ut prædeterrent physicæ voluntatem, & voluntas insensu composta, id est, illis præuenta & coniuncta, non possit nos consentire, sicut affirmant Thomistæ. An vero potius, ut docent alii Theologi cum Trident. tess. 6. cap. 5. & can. 4. sicut eiusmodi, ut liberum arbitrium à Deo excitatum & præuentum esset, possit dissentire si velit, & inspirationem diuinam abjecere? Quare qua Author ille disputat contra modernos, ut vocat, scientia media assertores (quam tamen scientiam fateur p. 1. cap. 3. à Scriptura & sanctis Patribus esse traditam) non tam valens ac terminandam controuersiam, quam ad augendam, impugnando modum, quo solo potest vere imiliter conciliari libertatis exercitum cum efficacia auxilio, & prædefinitionibus aetuum liborum. Cumque parte prima probata, alibiique repissime inculcat, controuersiam illam gravissimam, & celeberrimam, organisse ex opione, necessitatibus concursum diuini immediati: indeque sura occasionem explicandi & impugnandi sententiam assertorum scientia media, tota parte secunda: & sententiam præderimuntium, tota parte tercia: prout id magis fecisse, ut suam disputationem prolixorem iuxta, a speciorem redderet. Nam ut notauimus sec. 3. num. 26. Thomistæ non tam nituntur fundamento doncursus diuini immediati, ad assertendam physicam prædeterminationem, quam illud destruant, tribuendo tam actuitatem concursum qualitati eidem fluenti immissa voluntati. Ex alio vero Theologis illi qui bene rationem controuersia possident & designant, non dicunt illam esse necesse.

tem concursus diuini immediati: sicut in ea explicanda de illo disputerent, qui vero doctrina de concurso immediato Dei plurimum iuvat ad explicandam difficultatem. Eademque de causa disputationis etiam de libertate reale voluntatis. Quod ipsum Adversarius poterat aduertisse apud Suarez in proposito opusculorum, cuius verba resulunt part. 1. sua disputationis cap. 1. num. 6. sic enim habet: Quamvis huius disputationis præcipuum capit sit auxilium, scilicet: tamen quia hoc ipsum connexum implicatumque est cum generalibus principiis de prima causa concurso ac prouidentia, & quia de actibus liberis aliqua dogmata permixta esse cernimus: commodum nobis yisum est, ratione hoc opus (de auxiliis) tribus libris comprehendere. Qorum primus sit de modo concurrendi Dei cum causa secunda libera. Alter vero de his quæ pertinent ad actus operationis naturalis tam bonos, quam malos. Tertius deinde de his omnibus, quæ spectant ad gratiam efficacem, & prouidentiam supernaturalem. Hac Suar. Et quisbus debet Adversarius sic potius inferre: Ecce quartus Paire Suario inde tractatio de concurso Dei non est radix fundamentumque præcipuum, istiusmodi controuersiarum, quæ sunt inter predeterminantes ex una parte, & assertores scientie mediae ex altera: sed tantum est connexa implicataque cum controuersia, quæ inter illos est, de efficacia auxiliorum gratia. Erat hanc de concurso Dei cum bona illius Authoris via dictum sit. Nunc postquam de Deo ut creatori, deque modo emanationis ac dependentia creaturarum à primo illo rerum omnium principio sufficienter pro instituto diximus, sequitur vi de Angelis creaturarum nobilissimis differamus cum D. Thom. qu. 50. & plurimi sequentibus.

Tametsi autem quæ de illis D. Thomas eiulq; interpretes copiose tractant, maiori ex parte Philosophica esse videantur, & ad Metaphysicum potius, quam ad Theologum iure suo pertinere: quippe quæ non tam habentur ex diuina revelatione, quam ex humana ratione. Grauiam tamen illa omnia sunt, & digna exacta discussione: iuuantq; ut plurimum ad ea melius intelligenda quæ de Angelis in Scriptura, & diuina traditione docentur. Quare non sunt reprehendendi, sed laudandi potius hanc parte Theologi, quod ea quæ breviter & ieiunè, nec sine multis erroribus, de natura & proprietatibus Angelorum in scripta erant à Platone, Aristotle, & aliis Philosophis egyptiis, tam exactè, dilucide, & copiosè, profecti sunt: nisi, que eorum prætermiserunt quæ vel diuina revelationis ope, vel traditione & doctrina sanctorum Patrum, vel exacta lumini naturalis applicatione, & accurata investigatione, de illis possunt humanitus cognosci.